



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum amare prout est actus charitatis sit idem, quòd benevolentia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

¶ Per se secundo, quod quia in hac re-  
sponse non solum  
charitati tribuitur  
magis amare, quam  
amari, utendo doctri-  
na corporis articuli:  
sed alia fit compa-  
ris. Et maioris ad mi-  
noris charitatem se-  
cundum magis, &  
minus amare, dicen-  
do, quod maior chari-  
tas facit magis ama-  
tes. Et merito adun-  
tum est hoc, quia si  
proprium est charita-  
ti amare, consequens  
est, ut amari charitas  
faciat magis amare,  
& maxima maxime  
amare faciat, iuxta re-  
gulam. Sicut si impli-  
citer ad simpliciter  
ita magis ad magis  
&c. Et hoc quidem  
absolute verissimum  
est respectu forma-  
tis obiecti charitatis,  
quod est Deus, ut pa-  
teret. sed respectu se-  
culari obiecti, hoc  
est, proximi, limita-  
tur in litera hac adie-  
ctis, scilicet: secun-  
dam proportionem  
amari. Et in eadem  
quod perfectior chari-  
tas magis diligit  
proximum secundum  
proportionem, qua  
proximus ille est dili-  
gibilis, quam perfe-  
ctior charitas diligit  
proximum secundum  
proportionem: & hoc  
dicere, quod perfectior  
magis quam imperfe-  
ctior diligit proximi  
amata amabili-  
tate proximi, quod  
declaratur in litera  
postea duobus, alio-  
quin perfectioris, alio-  
quin imperfectioris cha-  
ritatis. Constat, quod  
perfectior est melior,  
& magis amabilis: &  
imperfectior minus  
bonus, ac minus ama-  
bilis. In amore autem  
magis honorum hec  
est differentia quod  
minus bonus amatur  
a perfectiori, quam  
amabilis est, quia  
charitas perfectior  
non solum adequat,  
sed excedit bonita-  
tem minus boni. Me-  
lior autem non ama-  
tur ab imperfectio-  
re, quam amabi-  
litas: quia charitas  
imperfectior non a-  
dequat bonitatem  
melioris. Ex hoc er-  
go, quod perfectior  
amatur minus bonum,  
quantum amabile est,  
& imperfectior non  
reclamat meliorem:  
quantum amabilis est,

¶ Sexto, Vtrum eius dilectio ha-  
beat modum.  
¶ Septimo, Quid sit melius, utrum  
diligere amicum, uel diligere ini-  
micum.  
¶ Octavo, Quid sit melius, utrum  
diligere Deum, uel proximum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum charitatis sit magis proprium  
amari, quam amare.

AD PRIMUM sic proceditur.  
Videtur, quod charitatis sit  
magis proprium amari, quam ama-  
re. Charitas enim in melioribus mel-  
lior inuenitur: sed meliores debent  
magis amari. ergo charitatis magis  
est proprium amari.

¶ 2. Præter illud, quod in pluribus in-  
uenitur, uidetur esse magis conue-  
niens naturæ, & per consequens me-  
lius: sed sicut dicit Philo. 8. Eth.  
Multi magis uolunt amari, quam ama-  
re, semperque amatores adulariis  
sunt multi. ergo melius est amari,  
quam amare, & per consequens magis  
conueniens charitati.

¶ 3. Præter quod unum quodque,  
& illud magis: sed homines propter hoc  
quod amantur, amant. Dicit enim Aug.  
in li. 2. de Catechizandis rudibus,  
quod nulla est maior prouocatio  
ad amandum, quam præuenire a-  
mandum. ergo charitas magis consi-  
stet in amari, quam in amare.

SED CONTRA est, quod Philo.  
dicit in 8. Ethic. quod magis exi-  
stet amicitia in amare, quam in ama-  
ri: sed charitas est amicitia quædam.  
ergo charitas magis consistit in a-  
mare, quam in amari.

RESPON. Dicendum, quod amare con-  
uenit charitati, in quantum est chari-  
tas. Charitas enim cum sit virtus quæ-  
dam, secundum suam essentiam ha-  
bet in clinationem ad proprium actum.  
Amari autem non est actus chari-  
tatis ipsius qui amatur, sed actus  
charitatis eius qui amare. Amari au-  
tem competit ei secundum eorum  
rationem boni, prout scilicet ad eius bo-  
num alius ad actum charitatis mo-  
uetur. Unde manifestum est, quod cha-  
ritati magis conuenit amare, quam  
amari. Magis enim conuenit unicuique  
quod conuenit ei per se, & substantia-  
liter, quam quod conuenit ei per aliud.  
Et huius duplex est signum. Primum  
quidem, quod amici magis laudantur  
ex hoc, quod amant, quam ex hoc, quod  
amantur: quoniam si non amant,  
& amantur, uituperantur. Secun-  
do, quia matres, qui maxime amant,  
plus querunt amare, quam amari.  
Quædam enim ut Philo. dicit in  
eodem libro, filios suos dant nutri-  
ci, & amant quidem. Recitari autem

non querunt, si non contingat.  
AD PRIMUM ergo dicendum,  
quod meliores, ex eo quod meliores sunt,  
sunt magis amabiles: sed ex eo, quod  
in eis est perfectior charitas, sunt  
magis amantes, secundum tamen  
proportionem amati. Non enim  
melior minus amat id, quod in-  
fit ipsum est, quam amabile sit: si-  
cut si ille, qui est minus bonus,  
non attingit ad amandum melio-  
rem quantum amabilis est.

AD SECUNDUM dicendum,  
quod sicut Philo. dicit ibidem, ho-  
mines uolunt amari, in quantum  
uolunt honorari. Sicut enim honor  
exhibetur alicui, ut quoddam tes-  
timonium boni in ipso qui ho-  
noratur, ita per hoc, quod aliquis  
amatur, ostenditur in ipso esse al-  
iquid bonum, quia solum bonum  
amabile est. Sic ergo amari, &  
honorari querunt homines propter  
aliud, scilicet ad manifestationem boni  
in amato existentis. Amare autem  
querunt charitatem habentes se-  
cundum se, quasi ipsum sit bonum  
charitatis: sicut & quilibet actus  
uirtutis, est bonum uirtutis illius.  
Unde magis pertinet ad charita-  
tem, uelle amare, quam uelle amari.

AD TERTIUM dicendum, quod  
propter amari aliqui amant, non ita  
quod amari sit finis eius, quod est ama-  
re: sed eo, quod est uia quædam ad  
hoc inducens, quod homo ametur.

ARTICVLVS II.

Vtrum amare, secundum quod est actus  
charitatis, sit idem quod beneuolentia.

AD SECUNDUM sic proce-  
ditur. Videtur, quod amare  
secundum quod est actus charita-  
tis, nihil sit aliud, quam beneuo-  
lentia. Dicit enim Philo. in 2.  
Rhetoricæ, quod amare est uelle  
alicui bonum: sed hoc est beneuo-  
lentia. ergo nihil aliud est actus cha-  
ritatis, quam beneuolentia.

¶ 2. Præterea, Cuius est habitus, eius  
est actus: sed habitus charitatis est  
in potentia uoluntatis, ut supra  
dictum est: ergo et actus charita-  
tis est actus uoluntatis: sed non est  
nisi in bonum tendens, quod est  
beneuolentia. ergo actus charita-  
tis nihil aliud est, quam beneuo-  
lentia.

¶ 3. Præterea, Philo. in 9. Eth. ponit  
quinque ad amicitiam pertinen-  
tia, quorum primum est, quod  
homo uelit amico bonum: secun-  
dum est, quod uelit ei esse, & uivere:  
tertiū est, quod ei delectabiliter con-  
uiuat: quartū est, quod eadem eligat:  
quintū est, quod ei cõdolet & cõ-  
gaudeat. sed prima duo ad bene-

manifestum est, quod  
perfectior magis a-  
mat secundum pro-  
portionem amati, hoc  
est, magis quam imper-  
fectior: autem amabi-  
litate obiecti.  
¶ In eodem articulo in  
responso ad primi-  
um aduerte, quod  
cum in litera dicitur,  
quod amari queritur  
eadem ratione, qua  
queritur honorari, scilicet  
ut manifestatiuum  
boni proprii, non est  
intelligendum, quod  
hec sit per se ratio ap-  
petitus eius, quod est  
amari: quoniam hoc  
falsum est. Amari enim  
per se ordinatur  
ad habendum id, quod  
bono proprio iustus  
debetur ab alio: amati-  
uum enim ad intima  
penetratur: sed intel-  
ligendum est, quod  
hec est ratio quare  
communiter ab ho-  
minibus homines ap-  
petunt amari. Sic enim  
directe respon-  
det argumento de ac-  
cidente, ut in plu-  
ribus.

Super quibus, uiginti  
maiestate articulo  
secundum.

IN articulo 2. duo nota  
da occurrunt. Pri-  
mo, diuersa differen-  
tia beneuolentia ab  
amore actuali in par-  
te sensitiua, & in par-  
te intellectiua. Nam  
ab illo ex communi-  
bus omni passioni a-  
ctuali. scilicet cum impetu,  
& ex propriis passio-  
nis amoris actualis, scilicet  
licet non subiecto ex-  
ortu, totaliter distin-  
guitur. Ab isto autem  
ex una tantum condi-  
tione scernitur, scilicet  
ex hoc, quod a-  
mor exigit unionem  
quam non exigit be-  
neuolentia, sed indu-  
dit illam. Et ideo actus  
dilectionis, charitatis  
claudit in se beneuo-  
lentiam. Est enim a-  
mor amicitia, & ad-  
dit, ut in litera dicitur.  
Ex his autem non  
accipias, quod beneuo-  
lentia est propria  
uoluntatis: sed quod sicut  
in parte sensitiua in-  
uenitur participatio  
amoris amicitia, a for-  
tiori inueniri potest be-  
neuolentia que mi-  
nus importat, quam  
amor amicitia. Nec  
contra hoc militat  
nes in litera ex Arist. al-  
late: quoniam afferunt  
ad concludendam sepa-  
rationem beneuolentia-

3. di. 27. q. 1.  
ar. 1. cor. &  
ad 2.

Lib. 2. c. 4. in  
prim. tom. 6.

q. 24. art. 1.

Lib. 9. ca. 1.  
tom. 5.

Secunda Secunde S. Thome.

K  
tiz

uolentiam pertinent. ergo prim<sup>o</sup> actus charitatis est beneuolentia.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in \* eodem libro, quod beneuolentia neque est amicitia, neque est amatio, sed est amicitie principium: sed charitas est amicitia, ut supra dictum \* est, ergo beneuolentia non est idem quod dilectio, quæ est charitatis actus.

RESPON. Dicendum, quod beneuolentia proprie dicitur actus uoluntatis, quo alteri bonum uolumus. Hic autem uoluntatis actus differt ab actuali amore tam secū dum quod est in appetitu sensitiuo, quàm etiam secundum quod est in appetitu intellectuuo, qui est uoluntas. Amor enim qui est in appetitu sensitiuo, quædã passio est. Omnis autem passio cū quodam impetu inclinatur in suū obiectum. Passio autem amoris hoc hêt, quod non subito exoritur, sed per aliquam assiduum inspectionem rei amata. Et ideo Philosophus in 9. \* Ethic. ostendens differentiam inter beneuolentiam, & amorem, qui est

passio, dicit quod beneuolentia non habet dissensionem, & appetitum. i. aliquem impetum inclinationis, sed ex solo iudicio rationis homo uult bonum alicui. Similiter etiam talis amor est ex quadam consuetudine. Beneuolentia autem interdum oritur ex repentino, sicut accidit nobis de pugilibus, qui pugnant, quorum alterum uellemus uincere; sed amor, qui est in appetitu intellectuuo, et differt a beneuolentia: importat. n. quandam unionem secundum affectum amantis ad amatum, in quantum. amans æstimat amatum quodammodo ut unum sibi, uel ad se pertinet, & sic mouetur in ipsum: sed beneuolentia est simplex actus uoluntatis, quo uolumus alicui bonum, etiam non præsupposita prædicta unione affectus ad ipsum. Sic ergo in dilectione, secundum quod est actus charitatis, includitur quidem beneuolentia: sed dilectio, siue amor adit unionem affectus. Et propter hoc Philosophus dicit \* ibid. quod beneuolentia est principium amicitie.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Philosophus ibi diffinit amare, non ponens totam rationem ipsius, sed aliquid ad rationem eius pertinens, in quo maxime manifestatur dilectionis actus.

AD SECVDVM dicendum, quod dilectio est actus uoluntatis in bonum redens, sed cū quadã unione ad amatum, quæ quidem in beneuolentia nõ importatur.

AD TERTIVM dicendum, quod intentum illa, quæ Philosophus ibi ponit, ad amicitiam pertinent, in quantum proueniunt ex amore, quem quis habet ad seipsum, ut ibidem dicitur, ut scilicet hæc omnia aliquis erga amicum agat sicut ad seipsum, quod pertinet ad prædictam unionem affectus.

ARTICVLVS III.

*Vtrum Deus sit propter seipsum ex charitate diligendus.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Deus non propter seipsum, sed propter aliud diligatur ex charitate. Dicit. n. \* Greg. in quadam hom. Ex

his, quæ nouit animus, dicitur incognita. Incognita autem incognita, intelligibilia & desiderabilia autem sensibilia. ergo Deus est propter seipsum.

¶ 2. Præterea. Amor sequitur cognitionem per aliud cognoscitur, secundum illud Romanus. 12. Cognoscite Deum, ut diligatis eum. Ergo etiam propter aliud amatur, & propter se.

¶ 3. Præterea. Spes generat charitatem, ut dicitur Matth. 1. Timor etiam charitatem introductus. ¶ dicit super primam Cano. Ioan. 14. Etiam aliquid adipisci a Deo, timor autem quid, quod a Deo infligi potest. Ergo timor Deus propter aliquod bonum speratur, quod aliquod malum timendum sperandum est amandum propter seipsum.

SED CONTRA est, quod sicut Augustinus dicit in christi. Frui est amore inherere alicui propter se. Sed Deo fruendum est, ut in eodem libro dicitur. Ergo Deus diligendus est propter seipsum.

RESPON. Dicendum, quod diligere propter seipsum habitudinem alicuius causæ. Est autem quædam causa finalis, formalis, & materialis, ad quam reducitur etiam virtus. Ipsi posito, ad quæ non est causa simpliciter, sed quid. Et secundum hæc quatuor generatur dicitur aliquid propter alterum diligendum quidem genus causæ finalis, sicut dicitur medicinam propter sanitatem. Secundum genus causæ formalis, sicut diligimus bonum propter uirtutem, quia scilicet uirtute formatur, & per consequens diligibilis. Secundum causam efficientem, sicut diligimus aliquem filium talis patris. Secundum amorem, quæ reducitur ad genus causæ dicimus aliquid diligere propter id, quod non ad eius dilectionem, puta, propter dilecticia suscepta: quamuis postquam iam amamus, non propter illa beneficia amemus, sed propter eius uirtutem. Primum ergo Deum non diligimus propter aliud, sed propter seipsum. Non enim ordinatur ad aliud finem, sed ipse est finis ultimus omnium. Neque formatur aliquo alio ad hoc, quod sit bonus, sed substantia est eius bonitas, secundum quam plariter omnia bona sunt. Neque iterum bonitas inest, sed ab ipso omnibus alio modo potest diligere propter aliud, quod quibus aliis disponitur ad hoc, quod dilectione proficiamus, puta, per beneficia accepta, uel per præmia separata, uel per penam ipsam uitare intendimus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quæ animus nouit, dicitur incognita, quia incognita sint ratio diligendi ipsa incognita, quæ causæ formalis, uel finalis, uel efficientis. hoc homo disponitur ad amandum, quod dicitur diligendum, quod dicitur diligendum.

AD SECVDVM dicendum, quod Deus Dei acquiritur quidem per alia: sed cognoscitur, non per alia cognoscitur, sed secundum illud Ioan. 4. Iam non per loquelam credimus. Ipsi enim audimus, quia hic est uerè saluator mundi.

AD TERTIVM dicendum, quod ducunt ad charitatem per modum diligendiam, ut supra dictis patet.

Lib. 9. Ethic. cap. 5. to. 5.

q. 23. art. 2.

Lib. 6. Ethic. c. 5. to. 5.

Lib. 9. Ethic. c. 5. parum ante medium, tom. 5.

4. diff. 2. q. 2. ar. 1. q. 1. ad 2. Et opusc. 61. ca. 7. 8. 9. & 14.

\* Homil. 11. in Enang. in princip.